. CA. L.

Qui cum ludere quem in sinu tenere
Cui primum digitum dare appetenti
Et acres sol& incitare morsus
Cum desyderio meo nitenti
Karum nescio quod lib& iocari.
& solatiolum sui doloris
Credo: ut cum grauis acquiescet ardor
Tecum ludere sicut ipsa possem
Et tristis animi leuare curas.
Tam gratum est mihi quam ferūt puelle
Pernici aureolum fuisse malum.
Quod zonam soluit diu ligatam
Lugete o Veneres cupidinesq;
Et quantum ē hominum uetustiorum
Passer mortuus est mee puelle
Quem plus illa oculis suis amabat
Nam mellitus erat suamq; norat
Ipsam tam bene q̄ puella matrem
Nec sese a gremio illius mouebat
Sed circumsiliens modo huc modo illuc
Ad solam dominam usq; piplabat.